# LVDOVICO IVSTO XIII. REGI CHRISTIANISSIMO.

A

CHRISTIANÆ REI PATROCINIVM.

Dedicat Fr. THOMAS CAMPANELLA, Ordini Prædicat. tres hoſce libellos, videlicet:

*Atheiſmus Triumphatus, ſeu Contra Antichriſtianiſmum, &c.*
*De Gentiliſmo non retinendo.*
*De Prædeſtinatione & Reprobatione & auxiliis diuinæ gratiæ Cento Thomiſticus.*



*Donec egrediatur vt Splendor IVSTVS eius.*

PARISIIS,
Apud TVSSANVM DVBRAY, viâ Iacobæâ, ſub Spicis Maturis.

M. DC. XXXVI.
*CVM PRIVILEGIO REGIS.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

# INVICTISSIMO
## ET CLEMENTISSIMO
# LVDOVICO
# IVSTO XIII.
### GALLIARVM ET NAVARRAE

Regi Chriſtianiſſimo, primogenito Eccleſiæ Dei, Dextro Meſſiæ Brachio; Auxilium de SANCTO.

CHRISTIANÆ Fidei, Eccleſiæque fidelium tutelam perennem Chriſtianiſſimo Regi diuinitùs demandatam eſſe, ſacri tituli, ſeu cognominis ratio, & antiquitas, ſeu primogenitura inter Reges Eccleſiæ filios, & gratiæ curationum chariſma, & Pontificum decreta, & rerum euentus, conteſtantur. Iudæi enim, Saraceni, Go-

AD

# DIVVM PETRVM

APOSTOLORVM PRINCIPEM

TRIVMPHANTEM.

# ATHEISMVS TRIVMPHATVS,

SEV

REDVCTIO AD RELIGIONEM

per Scientiarum veritates.

Fr. THOMÆ CAMPANELLÆ, Stylenſis

Ordinis Prædicatorum.

CONTRA

ANTICHRISTIANISMVM ACHITOPHELLISTICVM.

PARISIIS,

Apud TVSSANVM DVBRAY, viâ Iacobæâ,

ſub Spicis Maturis.

M. DC. XXXVI.

*CVM PRIVILEGIO REGIS.*

*Approbatio Adm. R. P. F. Ioannis Thomæ de Alaſsio Ord. Præd. ſacræ Theologiæ Magiſtri, Conſultoris ac Qualificatoris ſupremę vniuerſalis Inquiſitionis Romanæ, necnon Socij Reuerendiſſ. P. Magiſtri F. Hippolyti Marię Lancij de Aquanigra, eiuſdem Inquiſitionis Commiſsarij generalis.*

EX commiſſione Reuerendiſſ. P. Fratris Nicolai Rodulphj Magiſtri Generalis totius noſtri ſacri Ordinis Prædicatorum, legi Opus Adm. R. P. Mag. F. Thomæ Campanellæ eiuſdem Ordinis, *Atheiſmus Triumphatus Contra Antichriſtianiſmum Achitophelliſticũ merito nuncupatum*, quoniam in eo de Atheiſtis inſipienter Deum negantibus, efficaciſſimis rationibus ex naturæ arcanis depromptis, glorioſe triumphat, pſeudopoliticos Macchiavelliʒantes ſine vera ſtatus naturali, politica, aut Chriſtiana ratione viuere luce clarius demonſtrat. Opus certè aureum, tanto dignum Authore, antiquorum Philoſophorum ſtilum redolens, hiſce temporibus vel maximè neceſſarium. Ideò dignum cenſeo, quod ad totius Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem in lucem prodeat. Romæ in Palatio S. Officij die Sanctiſſimi Gorporis Chriſti 1630.

*Ita eſt. Fr. Ioannes Thomas de Alaſſio, qui ſupra.*

NOS Fr. Vincentius Bartolus Sac. Theol. Mag. & Prouincialis Trinacriæ Ord. Præd. Viſa ſupradicta atteſtatione concedimus facultatem ex ordine, & commiſſione Reuerendiſſ. Patris Fratris Nicolai Rodolphi Generalis Magiſtri Ordinis Noſtri, R. P. Fratri Thomæ Campanellæ imprimendi Librum atticulatum ATHEISMVS TRIVMPHATVS &c. ſeruatis tamen ſeruandis, & quantum in nobis eſt. In quorum fidem & c. Dat. in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam de vrbe die tertia Iunij 1630.

Fr. Vincentius Bartolus qui ſupra, manu propria.

Regiſtr. fol. primo

*F. Reginaldus Lucarinus Lector et Socius.*

---

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sac. Palatij Apoſtol.

*A. Epiſc. Bellicaſtr. Viceſg.*

*Imprimatur Fr. Nicolaus Riccardius Ordinis Prædicatorum, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.*

Publicetur Fr. Nicolaus Riccardius. S. A. P.

## *EXTRAICT DV PRIVILEGE du Roy.*

PAR grace & Priuilege du Roy, il eſt permis à TOVSSAINCT DV BRAY, marchand Iuré Libraire à Paris, d'imprimer ou faire imprimer quatre Liures en Latin, intitulez le premier *De Prædeſtinatione, Electione, Reprobatione, & de Auxiliis diuinæ gratiæ*; le ſecond, *de Gentiliſmo non retinendo*; le troiſieſme, *Atheiſmus Triumphatus*, & le 4. *Diſputatio án Bullæ SS. Pontificum Sixti, V. & Vrbani VIII. contra Iudiciarios calumniam in aliquo patientur*; Compoſez par F. THOMAS CAMPANELLA, *Stylenſis Ordinis Fratrum Prædicatorum*: & defenſes ſont faites à tous Libraires, Imprimeurs, & autres de ce Royaume, de les faire imprimer, contrefaire, ny alterer, ny en extraire aucune choſe, ſans le conſentement dudit DV BRAY; & cependant le temps & terme de vingt ans entiers & accomplis, à peine aux contreuenans de trois mil liures d'amende, confiſcation des liures contrefaits, & de tous les deſpens, dommages, & intereſts, ainſi que plus amplement eſt contenu eſdites lettres de Priuilege. Données à Paris le 22. iour de Nouemb. 1635.

Par le Roy en ſon Conſeil.

Signé RENOVARD.

# ATHEISMVS TRIVMPHATVS.

## VEL

## RECOGNITIO RELIGIONIS vniuerſalis.

### Secundum communem Philoſophiam ex naturæ arcanis.

---

*Multiplicitas credentium, & contrarietas diuerſi generis, dubiam non orthodoxis reddentium Religionem. Vnde ego intellectus humanus excitatus ſum ad quærendam veritatem eius, quantū attingere poteſt communis ratio.*

### CHAP. I.

EGO Intellectus humanus omnes examinaui Religiones in rerum vniuerſitate, & proprias & rationales, & improprias & naturales apud homines, & belluas & plantas, & apud Angelos, & ſtellas, & mundum, communi præeunte ratione, ſenſatiſque experimentis; vt meipſum certum redderem, atque alios, de fidei veræ dogmatum credulitate; vtque meum agnoſcerem locum inter creaturas: in quibus diuinus relucet cultus; aliis magis, aliis minus, aliis permanens in ſuo principio, aliis deſciſcens à principio.

Vt conuincantur negantes Religionem, à teſtimonio omnium creaturarum exordiendum fuit.

# F. THOMÆ CAMPANELLÆ

## ORD. PRÆD.

DISPVTATIO CONTRA MVRmurantes citra & vltra montes, in Bullas SS. Pontificum Sixti V. & VRB. VIII. aduerſus Iudiciarios editas. Item contra ignoranter vel aſtutè ad vtilitatem Hoſtium aſtruentes, non licere nobis poſt Bullas ſcribere ne dum pro', ſed nec contra diuinaculos: Aut ad ſenſum Fauſti Manichæi interpretantes, nobis prohibitum per illas eſſe, quod fecerunt Hagiographi & Doctores, & nos in Antachitophelliſmo, in poſterum argumenta ad hominem contra Aduerſarios, etiam pro Fide Catholica, ex artibus ac verbis diuinaculorum ipſorum conficere, & producere.

PARISIIS,
Apud TVSSANVM DVBRAY, viâ Iacobæâ, ſub Spicis Maturis.

M. DC. XXXVI.

## APPROBATIO SORBONICA.

NOS infraſcripti S. Theologiæ Profeſſores Sorbonici approbamus libellum inſcriptum, F. Thomæ Campanellæ Ordinis Prædicatorum Diſputaio contra murmurantes citra & vltra montes in Bullam SS Pontificum Sixti quinti & Vrbani Octaui aduerſus iudiciarios. In qua nihil à Fide & bonis moribus alienum reperimus. Die vndecima Decembris 1635. Pariſiis apud S. Iacobum.

F. Ant. Mallet Cong. Gall. Ord. FF. Præd. Vicari Generalis.

F. Du Feu Miniſter Prouincialis Prouinciæ Franciæ.

# DISPVTATIO,

## AN BVLLÆ SS. PONTIFICVM *Sixti V. & Vrbani VIII. contra iudiciarios, calumniam in aliquo patiantur.*

VIDETVR, quòd ſic. Primò Aſtrologia eſt vna de ſcientiis vtilibus vt Hieron. in prologo Bibliorum aſſerit. Omnis autem ſcientia eſt, ſplendor diuinæ ſapientiæ, qui eſt Chriſtus. Ergo qui Aſtrologiam tollit, repugnat Chriſto.

Arg. 1. pro Aſtrol. ex eo quod eſt ſcientia vtilis.

Omnis ſcientia aut procedit ex cauſis, aut ab effectibus, aut à ſignis, poſitis à Natura, vel à Deo, vt in P.P. Metaph. oſtendimus. Aſtrologia autem demonſtrat a cauſis: quoniam corpora cæleſtia agunt in Mundum inferiorem tanquam cauſæ vniuerſales temporum, & temporalium, ſicut experientia docet, & Ariſt. & Plato, & Stoici, & Pythagoræi, omnéſque Philoſophi, & Nationes conteſtantur. Imò S. Thom. in 3. cont. Gent. & Fer. ibi contra Picum hoſtem Aſtrologorum diſputans, particularitates etiam effectuum à cælis per modificationem mutuam luminum, ex ipſorum actione, ac ſituum, & motuum varietate, acceſſunt: innoteſcunt etiam cauſationes eorum ab effectibus, quos oppoſitiones, coniunctiones, aliique aſpectus ſiderum, eclipſes, & Cometæ adducere ſolent. Item à ſigno: dicente Moſe. Fecit luminaria, & ſtellas, vt ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos. Multa etiam diuinant Aſtrologi non modò de naturalibus euentibus, ſed etiam de arbitrariis, vt docet D. Thom. 3. Cont. Sent. concedit & fortunatos, & infortunatos à Cælo, & Chriſtus dat ſigna in ſole, & Luna, & ſtellis, & in Iride, & Cometis; & Beda multas hiſtorias veritatis huius adduxit, & prognoſtica. Ergo qui Aſtrologiam euertit, omnem tollit Philoſo-

Arg. 2. ex eo quod procedit ex cauſis.

Ab effectibus.

A ſigno.

pro ſcientiis fundatis in Aſtrol.

AD

# DOCTOREM GENTIVM THOMÆ CAMPANELLÆ

Stylenſ. ord. Præd.

# DE GENTILISMO NON RETINENDO,

Quæſtio vnica.

*Art. 1. Vtrum liceat nouam poſt Gentiles cudere Philoſophiam.*

*2. Vtrum liceat Ariſtoteli contradicere.*

*3. Vtrum liceat iurare in verba Magiſtri.*



PARISIIS,

Apud TVSSANVM DV BRAY via Iacobæa, ſub Spicis maturis.

M. DC. XXXVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

## *Extraict du Priuilege du Roy.*

PAr grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Touſſainct du Bray, Marchand iuré Libraire à Paris, d'imprimer ou faire imprimer quatre liures en latin, intitulez le premier, *De Prædeſtinatione, Electione, Reprobatione, & de Auxiliis diuinæ gratiæ* : Le ſecond, *De Gentiliſmo non retinendo* : Le troiſieſme, *Atheiſmus triumphatus* : & le quatrieſme, *Diſputatio an Bullæ SS. Pontificũ Sixti V. & Vrbani VIII. contra Iudiciarios calumniam in aliquo patiantur*, compoſez par F. Thomas Campanella *Stylenſis, ordinis Fratrum Prædicatorum*. Et defenſes ſont faictes à tous Libraires, Imprimeurs & autres de ce Royaume de les faire imprimer, contrefaire ny alterer, ny en ſouſtraire aucune choſe, ſans le conſentement dudit du Bray. Et ce pendant le temps & terme de vingt ans entiers & accomplis, à peine aux contreuenans de trois mille liures d'amende, confiſcation des liures contrefaits, & de tous dommages & intereſts, ainſi que plus amplement eſt contenu eſdites lettres de priuilege. Donné à Paris, le 22. iour de Nouembre 1635.

*Par le ROY en ſon Conſeil.*

Signé RENOVARD.

*Errata ſic corrigito.*

PAg. 10. verſ. 10. alienigenas, vt Origenes l. alienigenas i. ſcientias Gentiles, vt Orig. Ead. pag. verſ. 26 autem ipſum Mundum l. autem, i. Mundum, pag. 14. verſ. 4 ac Fidei, l. Fidei. pag. 16, ver. 6. politica l. poetica, pag. 16. verſ. 24. lect. 1. l. 5. pag. 16. ver. 29. textu 5. l. textu 51. pag. 19. ver. 21. aliquot l. aliquo. pag. 21. verſ. 31. Philoſophia l. ex Philoſophia, p. 24. ver. 29. ſubtilibus l. futilibus pag. 41. ver. 20. correſpondencia abiiciendus l. correſpondentia, vt negat Ariſtoteles, abiiciendus. pag. 5. verſ. 34 quæſt. 11. l. quæſt 1. ibid. verſ. 36. propriis ed l. propriis eſt. ſed p. 6. verſ. 5. fumo aliæque l. fumo verti, aliæque.

# DE GENTILIVM PHILOSOPHIA, PRÆSERTIM Peripatetica, non retinendâ.

## *VTRVM EXPEDIAT PHILOSOPHO Chriſtiano alteram poſt Gentiles cudere Philoſophiam, & vndenam.*

### QVÆST. I. Art. 1.

*Negatiua videtur verior.*

PRimò, quoniam I. Chriſtus tradidit nobis Theologiam, & benè viuendi rationem, ad vitam æternam dirigentem, & quæ humanam excedit facultatem; cætera verò naturali ratione inueſtiganda relinquit. Ergo ſuperfluum ſuperaddere. 1.

Secundò videmur effugere naturales ſemitas, tanquam repugnantes noſtræ Theologiæ, ſicut Mahometani; idcirco melius eſt, vt per ipſas ad ſacram doctrinam perueniamus. 2.

Tertiò vnuſquiſque magis afficitur ad fidem eorum, quæ 3.

AD

PRÆCEPTOREM SCHOLASTICORVM

# F. THOMÆ CAMPANELLÆ ORDINIS PRÆD.

# DE PRÆDESTINATIONE, ELECTIONE, REPROBATIONE

& Auxiliis diuinæ gratiæ Cento Thomiſticus.

*In quo pax Reip. cum Deo, & conſcientiarum cum vtriſque, per Doctorem Angelicum vendicatum.*

Nuncius ad Caluini & Lutheri Aſſeclas, quòd D. Thomas non erat cum eis.



PARISIIS,
Apud TVSSANVM DV BRAY via Iacobæa ſub Spicis maturis.

M. DC. XXXVI.

*CVM PRIVILEGIO REGIS.*

## *Approbatio operis Romana.*

CVm Romæ contradicerent æmuli ſententiæ meæ de Præ-deſt. & Reprob. quam oſtendebam eſse D. Thomæ & ſummorum Patrum, nutu ſapientiſſimi S. Pontificis conſului tres Regentes trium Gymnaſiorum ſuper ſequentibus propoſitionibus: in quibus difficultas dogmati opponebatur. Quibus approbatis totus liber approbatus remanet, vt apparet ex doctiſſimorum ſubſcriptione Religioſorum.

## *Approbatio Sorbonica.*

LIbros de Prædeſtinatione, Electione, & Auxiliis diuinæ gratiæ, & de Gentiliſmo non retinendo, ab eximio Magiſtro noſtro Fratre Thoma Campanella ordinis Fratrum Prædicatorum S. Theologiæ Doctore elaboratos, Nos infra ſcripti in Facultate Pariſienſi S. Theologiæ Doctores accuratè perlegimus, dignoſque cenſuimus, qui non ſolum prælo ſubiiciantur, ſed etiam omnium ſtudioſorum manibus aſſiduè terantur, doctrinæ ſanæ Fidei, ac bonorum Morum per Dei gratiam plurimum profectura. Ita cenſuimus die 21. Iulij anno 1635. Pariſiis in Collegio S. Iacobi.

Frater IVLIANVS IOVBERT.

F. ANTONIVS MALLET.

## *Errata ſic corrigito.*

PAg. 158. verſ. 24. *Deum non immut...* l. Deum immutare.
verſ. 28. *circunſtantiam in his,* l. circunſtantiam. Nec in his.
pag. 161. verſ. 1. *qui ſciuit,* l. quia ſciuit.
pag. 226. verſ. 25. *propterea,* l. præterea.
pag 322. verſ. 22. *Brigida lib. 5.* lib. 6. cap. 108. & lib. 4. cap. 7.

# FRATRIS THOMÆ CAMPANELLÆ, ORD. PRÆD.

## *DE PRÆDESTINATIONE, Electione, Reprobatione, & de Auxiliis diuinæ gratiæ.*

## CENTO THOMISTICVS.

*Præfatio continens cauſas dicendorum.*

### SVMMA PRÆFATIONIS.

*Diſputationes ex D. Thomæ doctrina extractæ, contra recentiores Hæreticos de Prædeſtinatione & Reprobatione, ac de Auxiliis diuinæ gratiæ, quid mali in vacillantium animis pepererunt: ideoque Centonem huius controuerſiæ ex verbis D. Thomæ confici oportuit.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

POſtquam duo Ioannes VVicleff, & Vs, coſq; ſequuti Lutherus & Caluinus, contra fidem Catholicam extulerunt caput: ac eorum qui pugnant contra eos nonnulli, quaſi collude-re, non quidem malitia, ſed difficultate im-pulſi, videntur, Mundus Atheiſtis repleri cœpit: qui *Fundamentum impietatis.*